

A 1938 / X.



SD 2714
8

Regi ný omatavánýok, Matica Slov. Martin:
/316.ig.j/

I. N. J.
Π Ρ Ο Σ Φ Ω Ν Η Μ Α.

Sive
Acclamatio fausta,

quā
V I R U M

Nobilissimum, Clarissimum & Doctissimum,

DN. M. JOHANNEM

HEINZELIUM,

Inclytæ Urbis ac Reipubl. Novifolien. Civem
Circ. præstantissimum, nec non in Regiâ, Liberâ
ac Montanâ Civitate Schemnicien. pariter in Jerabâ,

Woitzâ & Jessenâ Urburarium spectatissimum;

Evangelici Gymn. Novifolien. hæcenus Directo-
rem integerrimum, & de studiosâ Joven-
tute præclarè meritum:

Cum,

*DEO ita disponente, Statui Scholastico umbratili, molestissimo
calamitosissimo & laboriosissimo publicè,*

valediceret,

honorificè prosequi

voluit,

Martinius Cruselius, Voznic. Silesius,

p.r. Ejusd. Gymn. Tertiæ Class. Collega.

Añò sequente Distichò Eteologicò inclusò:

Te DEVS; Heinzeli, seros Conseruet In annos,

Et tibi sint Magnæ prosperitatis opes!

Leutschovia, Typis Samuelis Brever.

d. 6. Julij

Regi nyomtatványok, Matica Slov. Martin:
/316.ig.j/



A & Ω!

1522/30

MEA CHRISTUS VITA SALUSq!

MOntis in Aönis quæ habitatis vertice Nymphæ,
Quæve Medusæ signa tenetis equi:
Huc celeri properate gradu, vestroq; vocatæ.
Cultori gratum suppeditate melos.
Tu, mea præsertim, pulchram quæ fundis ab ore
Egrediô vocem, currito Calliope.
Currito, fac faciles meditati carmina vires,
Argutam doctô pectine tange chelyn.
Prælia non Martis; Paphiæ non Cypridos ignes;
Non fœcunda canam munera Bassaræi;
Sed pulchræ meditabor opus virtutis & artis,
Et cedrô dignas dexteritatis opes.
Nempe Tuas, HEINZELI, cui virtutis amore,
Ardebat teneris pectus ab ungviculis.
Qui cordi fuerant Musæ, cui Palladis artes;
Enthea quem virtus traxit ad Eusebiam.
Principiô siquidem patriis contentus in oris,
Carpebas claris munera sacra vadi.
Et contendebas ad culmina sacra Minervæ,
Pegaseos latices nocte dieq; bibens.
At caput Aönias cupiens efferre per artes,
Dulcia mox patriæ deseris arva Tuæ:
Impiger appropereans clarj juga celsa Lycæi,
Doctrinæ adspirans uberioris opes.
Ergo venis illò, quò stringit Leucorin Albis,
Saxona piscosis qui rigat arva vadis.

Et

502414

Regi nyomtatványok, Matica Slov. Martin:
/316.ig.j/

Et sedem studi
Notis Ar
Dumq; ibi vix b
Inter pac
Auspiciis doctri
Induis, in
Et sic auferis reu
Quem ti
Angvicomæ diri
Non abs
Sed quid agis, T
Tergemiu
Desidie torpes?
In gelido
Nequicquam; ve
Per gemi
Et dum sic satur
Et Sophi
Ecce Novifolium
Præside s
Nimirum jam te
Munera,
Non igitur nequ
Quæ cœl
Sed Tibi comm
Multiplic
Dumq; ita man
Conrecto
Ecce repente Sc
Dum Re

Et sedem studii præclaris figis Athenis,
Notis Arctois, Hesperisq; plagis,
Dumq; ibi vix binos gnarus fers signa per annos,
Inter pacatæ nomina militiæ:
Auspiciis doctrinæ, virtutisq; Magistrum
Induis, inq; novâ sindone victor ovas.
Et sic auferis rem titulumq; mereris honoris,
Quem titulum tempus non abolebit edax.
Angvicomæ diri non rem Plutonis Erynnys,
Non absorbebit vasta vorago mali.
Sed quid agis, Tibi dum Probitasq; Labosq; Magistro
Tergeminum Sophies promeruere decus?
Desidie torpes? vel pigræ Massa Vacunæ,
In gelidos condis brachia lenta sinûs?
Nequicquam; verum porro majoribus urges
Per geminos annos nisibus officium.
Et dum sic saturas sacris præcordia Musis,
Et Sophies Mystes clarus & Evsebicus:
Ecce Novifolium pro Conrectore vocaris,
Præside supremo sic, moderante Deo.
Nimirum jam tempus erat, Tibi credita cœlo
Munera, facundò promere ab ore aliis.
Non igitur nequam cum servo dona recondis,
Quæ cœlestis Herus credidit ipse Tibi;
Sed Tibi commissam fingis, formasq; Juventam,
Multiplices monstrans dexteritatis opes.
Dumq; ita mandatò septem cum laude per annos,
Conrectoratus fungeris officio:
Ecce repente Scholæ facies mutata, Lyceum
Dum Rectore caret Neufolienſe suo.

Et

A:

Con-

Regi nyomtatványok, Matica Slov. Martin:
/316.ig.j/

Consultant Domini, anquirunt, meditantur & ajunt:
 Quid foris hunc multum quærimus? ecce domi est.
 Protinus ergo Tui sis Princeps, Duxq; Lycæi,
 Quando capis pubis sceptrâ regenda rudis.
 Nempe Tuas curas vigiles videre labores,
 Multiplicesq; simul dexteritatis opes.
 His moti causis mox profecere Lycæo.
 Turba Senatorum Te veneranda virum,
 Ô quantô demum studiô, auctus honore recenti,
 Suscepti munus perficis officii!
 Palladiæ cicuras dum corda ferocia turbæ,
 Ad Clarias ducens perjuga celsa Deas;
 Dum causas rerum celso de ponte cathedræ,
 Solerter certis eruis indiciis;
 Dum laqueos animi, nodiq; plicatilis uncus
 Gnaviter incidis promptus ab arte Tuâ;
 Perspicuô dexter sensû dum verba serenas,
 Doctrinam claris insinuasq; logis;
 Deniq; dum inculcas sanæ pietatis amorem;
 Instillasq; animis utile dogma piis.
 Nec verbis opus est, ubi res testantur id ipsæ,
 Testanturq; suis id documenta modis;
 Et satis Aönii testantur fontis alumni;
 Testantur nostræ pulpita nota Scholæ;
 Testaturq; satis claras vulgata per Urbes
 Fama velox, pennâ præpete quæ volitat.
 Hinc hæc doctorum diffusa per ora virorum,
 Vivit, postremô nec moritura die!
 Deniq; testantur studiosæ examina turmæ,
 Publica, quæis gemini personuere chori.

Lu

Tu Præses, ju
 Solve
 Et si quos Log
 Mox
 Et seu Thêo
 Seu p
 Seu quid add
 Vulga
 Quod quod d
 Te vi
 Sæpè quidem
 Sæpè
 Sæpè tuos d
 Dum
 Plus sudoris
 Volve
 Sed Tua firm
 Nescia
 His dum desu
 Septim
 Ô raras anim
 Ô, inc
 Palladiâ bis
 Obdu
 Et cæcas me
 Quis
 Si laus est ho
 Non
 Si laus est pa
 Non

unt:
e domi est.

Tu Praeses, juvenumq; virumq; sedente coronâ,
Solvebas dubias certus in arte plicas.
Et siquos Logici nodos posuere, bipenni
Mox decidebas artis et ingenii.
Et seu Thêologæ tractabas dogmata curâ;
Seu proponebas lemmata docta Sophi;
Seu quid adornabas scitâ ratione Magister:
Vulgares apinas non sapiebat idem.
Quodquod de tenebris studiô vigilace ruebas,
Te vibrante facem, clarum erat omne Sophos.
Sæpè quidem pectus tanta sub mole gemebat;
Sæpè Tuas vires debilitabat Onus.
Sœpè tuos dulcis somnus fugitabat Ocellos,
Dum satagis scholicum pertolerare jugum,
Plus sudoris habens, quàm per fastigia montis,
Volvere luctanti sisypha saxa manu.
Sed Tua firmabant præcordia mole gravata
Nescia vis frangi, Herculesq; vigor.
His dum desudas præclarus in arte Magister,
Septima decursans en numeratur hyems.
Ô raras animi dotes! Ô mascula virtus!
Ô, inquam, meriti mens generosa viri!
Palladiâ bis septem annos pugnare palæstrâ;
Obductos vitiis arte polire animos;
Et cæcas mentes clarâ perfundere luce,
Quis neget id laudem? quis neget esse decus?
Si laus est hostes excludere viscere Regni:
Non minor est tenebras pellere Cimmerias.
Si laus est patriis hostem depellere ab oris:
Non minor est vitium mente fugare malum.

In

A 3

Si

Regi nyomtatványok, Matica Slov. Martin:
/316.ig.j/

Si laus est tigridesq; trucesq; domare Dracones:
 Non minor est hominis cor cicurare ferum.
 Hæc Tualaus, pulchrô, HEINZELI, certamine parva,
 Hoc decus, hoc clarum mentis & artis opus,
 Qui tenebras-hostes, qui pectora-sæva-dracones,
 Vincebas clavæ robore Apolineæ.
 Nunc post obtentam de tantis hostibus herbam,
 Lassatus curis oria grata petis.
 Pugnandiq; aliis vacuam concedis arenam,
 Quæ claret studiis nobilitata Tuis.
 I nunc, i nostri palmaria fama Lycæi,
 Fessa labore bonâ membra quiete leva!
 I, comitante DEO, qui Te regat, incolumiq;
 Concedat Pylios posse videre dies!
 Ut possis aliquando Tuas impendere curas,
 In commune Bonum, civica jura tuens,
 Nos, quos pistrinam fatum detrusit in istam,
 Pinesmus virgis, stipite non ruidô.
 Nos, quos Iaromion, fatum damnavit ad istud,
 Frangemus Phariis robora dura jugis.
 Et licet iste status sit contemptissimus hisce;
 Temporibus, quibus hæc ferrea sæcla vigent;
 Nos animos nostros non despondebimus; imò
 Spernemus vulgi judicium stolidum.
 Et licet iste status miseræ sit sortis alumnus,
 Nudus, egenus opum; panis& æris inops;
 Non tamen in duris frangemur pectora rebus,
 Nec spes nostra unquam corruct hisce malis.
 Nos promissa manent cœlesti præmia in aulâ,
 Et paradisiacæ prosperitatis opes.

Quæ

Quæ non mare
 Obducu
 Quas non flam
 Nec rap
 At Te æterna
 Et de p
 Quæ non mare
 Ad para
 Interea nomen
 Laus, h
 Famaq; marmo
 Longino
 Atque peragrab
 Lucidaq;
 Et dum Granu
 Urpinus
 Dum tamen h
 Ditet &
 Non Tevisægris
 Non for
 Et neque Te p
 Præstigi
 Sed si forte xad
 Protinus
 At Tu continu
 Ad nut
 Sit Tecum Do
 Impiger
 Ipse Tuas curas
 Ut pasce

Regi nyomtatványok, Matica Slov. Martin:
 /316.ig.j/

Quæ non marcescunt, quæ non ærugine nigrâ
Obducuntur, quas non rapit ullus homo,
Quas non flamma vorax rapidarum fluctus aquarum,
Nec rapiet stygii fors furibunda mali,
At Te æterna quies cœlesti expectat in arce,
Et de purpureâ nexa corona rosa,
Quæ non marcescit, sed constans flore perenni,
Ad paradisiacas confusa vernat aquas.
Interea nomen longè, lateq; vagatur,
Laus, honor atq; decus surgit ad astra poli,
Famaq; marmoreis in sculpi digna pyropis,
Longinquas peragrat sparsa per ora plagas,
Atque peragrabit dum Phoebus deseret Oetam,
Lucidaq; Hesperii tempora merget aquis.
Et dum Granus aquas sinuosâ volvet in alveô,
Urpinusq; suum tollit ad astra caput.
Dum tamen hîc superas, cœlô Te Christus ab altô
Ditet & omnigenâ prosperitate beet!
Non Te visægrî; non ulla potentia morbi;
Non fors adversis pulset iniqua malis!
Et neque Te palpô, neque blandâ fraude molestet
Præstigiis nimium fallere docta cohors!
Sed si forte κόλαξ foveam fodicet Tibi iniquus,
Protinus is nigros inc dat *his κόρακας!*
At Tu continuis floresce, vigesce diebus,
Ad nutumq; Tuam prospera cuncta fluant!
Sit Tecum Domini timor, ut vestigia sacra
Impiger ipsius nocte, dieq; legas!
Ipse Tuas curas fortunet, & ipse labores,
Ut pascas opibus Teq;, Tuosq;, Tuis!

Quæ

Non

Non Tibi tendiculum tendat tentator iniquus,
Nec turbet focii fœdera casta tori!
Eutychies messis semper ditissima abundet,
Atq; vehant placidi prospera cuncta notis!
Membra salubris alat semper vigor, incolumemq;
Perpetuò mentem vivida vis teneat!
Res salvæ maneant, vigeantq; domiq; forisq;
Adversæ fortis corruat omne malum!
Sic satur annorum placidos post carpito somnos,
Arquatâ veniens Iride donec Ias,
De tabulis dati & expensi sua jura requiret:
Felix, cui ratio tum benè constat, homo!



Regi nyomtatványok, Matica Slov. Martin:
/316.ig.j/

Porro!

Balabata

SD 3138

a mikrosfilm

Regi rýomts
váványok, Matice Slov. Martin:
/316.ig.